

quae rerum domini ut suis cupiditatibus satisfiat,
euncta caede, rapina, incendiis compleri vident,
cum opibus omnibus exhausti vix miserum spiri-
tum trahunt, num quaeſo hoc ſibi persuadere
poſſunt?

§. IX.

Sed ipſi tamen haec ſua mala augent. Luxuria &
& voluptati eousque plerique indulgent, vt cum
conferre aliquid ad necessitatem debent, nihil ſu-
perficit amplius: multi etiam commoda quidem
ex republica capientes, incommoda declinantes,
odiumque hinc & indignationem erga imperan-
tes animo concipientes, aut horum in ſe prouo-
cant ſeueritatem, aut ſaltem iniuriae ſibi factae ſu-
ſpicio, ſe ipſos torquent misere, excruciantue.

§. X.

Nec felicior imperantium eſt conditio. His
namque & cum externis hostibus vim vi repel-
lentibus, aut more recepto vim iniustum illis ia-
ferentibus, & cum ciuium frena nunquam non
mordentium pertinacia, & perfidia insuper mi-
ſtrorum, ſemper eſt colluctandum. Si ſuccum-
bant aut insultibus hostium. aut ſuorum fraudi-
bus, quid miſerius eſt eiusmodi Principe? ſin vi-
cant, ſuperioresque euadant, in partis tuendis
non minor cura ac ſollicitudo, non minora peri-
cula, quam in iis acquirendis. Quaecunque au-
tem illos fors maneat, perpetuis ſemper agitan-
tur